

& hoc nobis est magnopere perpendendum . quia ut quia placidus ascendit . terribilis redit ; & quidquid nobis cum mansuetudine precepit hoc a nobis cum districtione exigit ; Nemo ergo indulta penitentie tempora parui pendat ; Nemo curam studium ualde agere neglegat ; quia redemptor noster tanto tunc in iudicium diuersa cor uenit . quanto nobis ante iudicium magnam patientiam prebuit ; hec itaque nobiscum fratres agite . hec in mente sedula cogitatione uersate . quamuis adhuc rerum perturbationib; animus fluctuet . tamen sperate anchoram in eterna patriam figite intentionem mentis . in ueraluce solidate ; Ecce ad celum ascendisse dominum audiuimus ; hoc ergo seruemus in memoratione quod credimus ; & si adhuc hic tenemur in infirmitate corporis ; sequamur tamen eum passibus amoris . non autem deserat desiderium nostrum ipse qui dedit ihs xps dns noster qui uiuit & regnat cum patre in unitate spi sci d̄ per omnia secula seculorum amen .

Lectio sci euangelii secundum johannem .

In illo tempore dicebat dns ihs discipulis suis . Si quis diligit me sermonem meum seruabit & pater meus diliget eum & ad eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus ; qui non diligit me sermones meos non seruat & sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris ; hec locutus sum uobis apud uos manens paracletus autem ille spi sc̄ quem mittet pater in nomine meo ille uos docebit omnia & suggeret uobis omnia quecumq; dixero uobis . pacem meam do uobis pacem meam relinquo uobis ; non quomodo mundus dat ego do uobis . non turbetur cor uestrum neq; formidet . audistis quia ego dixi uobis uado & uenio ad uos ; si diligeretis me . gauderetis utiq; quia uado ad patrem quia pater maior me est . & nunc dixi uobis priusquam fiat ut cum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltererbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0067